

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Appendix de nascente Domino Iesu ex S. Augustino.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](#)

LXXV.

Favi fluant ab ilice,
Saxis oliva manat.
Dodonæ spretis glandibus
Saturnata ructat uvas.
Spumant in auro gurgites,
Crassumque nectar urgent;
Fonteque latæo pede
Perambulant eremum.

APPENDIX
DE
NASCENTE
DOMINO IESV.

Hic ego, mi Lector, te convenio, cui meas haec-
nus cogitationes & animi sensa de Christi cu-
nabulis ordine, quo licuit aperui. Vaticinia nascentia
Christi antecedentia; prodigia partim præcun-
tia, partim etiam comititia & subsequenta pariter
in ordinem disposuit. Nascentis Servatoris Tempus
& Locum monitav. De Parentum gaudis & offi-
ciis, de Pastorum accusu, de Angelorum cantu, de
ipius infantuli pannis & vagitu ordinatè ac distinctè
differui. Tam vero cum bona veniam tua facturum me
censeo, si de iisdem amabilissimi mysteriis sine
då linea, absque ordine præfinito laxius paulo atque
liberius meas tibi cogitationes mixtim, prout illa se-
se offerunt, exposuero. Inter nos igitur, prout impe-
tus fert, loquamur. Priorem locum habeant, quæ prius
calamo & memoræ occurserint: posteriorù narrantur
quæ tardius in mentem venerint. Hic ordo nosferit,
fine ordine dicere. Hinc illinc Augustini auream di-
ctionem velut intercalare suauissimum melos inscibim-
us. Augustinus certè, quem dixi, numquam non fa-
cundissimus, de Nascente tamen Christo facundiā
singulari copiosus, aurum & gemmas locutus est. Nec
dicendo fatiari potuisse videtur. Tam gemmea di-
ctionis partem sub apertum collocare mens est.

Et hec etiā indistincta, sperne, ac promiscua non
displacebunt. Subinde ornamento & voluptati est in-
composita rerum mixtura. Et certè hoc ordinatum
est agmin cogitationum nostrarum, incomposito
procursu ferri. Plerumque chaos est quod cogitamus.
Ecclesiastæ sanè hīc ampliorem cogitandi materiam,
& forsan non ingratiani inveniant. Ordiamur igitur
fine ordine; sed Augustinum dictioñis antisignatum
præmittamus.

§. I.

AVGVSTINVS.

Audite filii lucis adoptati in regnum Dei, fratres
charissimi: audite, audite, & exultate justi in
Domino, ut vos rectos possit decere laudatio. Audite
quod jam nostis, recolite quod audistis, amate quod
reditis, prædicate quod amatis. Natus est Christus,
Deus de Patre, homo de Matre. De Patris immor-
talitate, de Matris virginitate. De Patre principium
vitæ, de Matre finis mortis. In hac die ad salvanda
omnia oritur lux mundo, defunctis resurrexit, vita
mortali bus. Natus ergo puer ponitur in præsepe. Et
haec sunt Dei prima cunabula, nec Regnator cœli has
dignatur angustias, cui habitaculum virgineus ven-
ter idoneus fuit. Præmisit enim hominem Ioanrem,
qui tunc nasceretur, cùm dies inciperent minui, &
natus est ipse, cùm dies inciperent crescere, ut ex hoc
præfiguraretur, quod ait idem Ioannes: Illum ope-

Tom. II.

A tet crescere, me autem minui. Debet enim vita huma-
na in se deficere, in Christo proficer, ut qui vivunt,
jam non sibi vivant, sed ei, qui pro omnibus mortuus
est & resurrexit: & dicit unusquisque nostrum, quod
dicit Apostolus: Vivo autem jam non ego, vivit vero in
me Christus. Illum oportet crescere, me autem minui. Lau-
dant eum condigne omnes Angeli ejus, quorum ci-
bus aternus est, incorruptibili eos saginâ vivificans,
quia verbum Dei est, cuius vita vivunt, cuius æter-
nitate semper vivunt, cuius bonitate semper beatè
vivunt. Illi enim condigne laudant Deum apud
Deum, & dant gloriam in excelsis Deo: Nos autem
plebs ejus & oves pascuæ ejus, pro modulo infirmi-
tatis nostra pacem, per bonam voluntatem reconci-
liati, mereamur. Ipsorum enim Angelorum verè ho-
dierna vox est, quam nato nobis Salvatore exultan-
do fuderunt; Gloria in excelsis Deo, & in terra pax homi-
nibus bona voluntatis. Laudant ergo illi competenter,
laudemus & nos obediemus. Sunt illi nuntii ejus, su-
mus & nos pecora ejus. Impletivit in cœlo mansam ip-
sum, impletivit in terrâ præsepe nostrum. Plenitu-
do enim mensæ ipsorum est, quia in principio erat Ver-
bum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.
Plenitudo præsepi nostri est, quia Verbum caro factum
est, & habitavit in nobis. Ut enim panem Angelorum
manducaret homo, Creator Angelorum factus est
homo. Illi laudant vivendo, nos credendo. Illi fo-
vendo, nos petendo. Illi capiendo, nos querendo.
Illi intrando, nos pulsando. Quis enim hominū om-
nes thesauros sapientiae & scientiae noverit in Chri-
sto occultos, atque in paupertate carnis ejus abscon-
ditos? Quia propter nos pauper factus est, cùm dives
esset, ut illius paupertate ditaremur. Cùm enim mor-
talitatem assumeret, mortemque consumeret, in pau-
pertate se ostendit: sed divitias dilatas promisit, non
ablatas amisit. Quam multa multitudo dulcedinis ejus quam Psalm. 30.
aliquid timentibus se, perficit autem sperantibus in se! vers. 20.

Lia. c. 2.
vers. 14.Ioan. c. 1.
vers. 1.

Ibid. v. 14.

§. IL
AVCTOR.

A Lexium miramur aut Ioannem Calybitam, am-
bos in suâ domo ignotos hospites, ambos infra
homines in fôrdentem domus angulum abjectos. Ah!
quàm hīc justior admirationis causa! En in stabulo
non Alexium aliquem, sed Alexii Dominum & re-
gem orbis, non infra homines, sed infra ipsas bestias
abjectum in tenebris, in frigore, in paupertate, in for-
dentissimâ caulâ jacentem, & mœstum vagientem. Et
porrò leælum quem habet? nimur quem à peco-
re accepit mutuum, præsepiq[ue] vilissimum. Si quis
calorum orbes ad terram depressos narraret, mirare-
mur omnes, attoniti audiremus rei miraculum. Lon-
gè hoc majus est. Ille architectus cœli, & cui univer-
sus terrarum orbis pila est, quid dico pila? Roris gut-
tula est, ille, quem cœlum satis amplum palatum non
capit totus, fasciolis ambitur, & capitur ab angusto
tuguriolo. Silicem habes pro pectore, mi homo, si
adhære non mollescas, & lacrymas misceas cum tui
Domini lacrymulis. At revera sepe rupes sumus &
falsa. Pinguntur nobis ista, dicuntur, occinuntur, nos
ipsi legimus ista, lecte creditus, credita cum animo
nostro volvimus, (utinam attente) cogitamus & ad-
miramus. Sed quid huic tantæ submissioni, pauper-
tati tantæ rependum? quibus moribus Dominicum
Natalem agimus? Lantiis epulamur, elegantiis ve-
stimentis, hilariis confabulamur. Apage ista à cunis
istiis Infantis. At certè vix aliud Dies Domini Nata-
lis spectat, prout passim festos dies agendi mos est.
Scio esse & ingenisco. Vbi morum & vita mutatio?
quis dives sui Domini exemplo divitiis præfert ege-
statem?

D d 2

stateum? quis delicatus nuntium mittit suis deliciis? quis suo se Deo probare per dura & aspera conatur? Audacter quid dicam, & verum dixisse fatebimur. Si hodie Dei Mater cum nutritio Iosepho, asello & bucule comitante ditorum aedes obeat, & roget hospitium; quis ditorum suo supercilios illos non asperiat? audiantur ubique, credo, voces illae: Eant isti pauperculi, talibus inquinis & hospitibus mea domus non gadet; cauponariam ego non exerceo. Illorum omnem supelle etilem casa capiet. Et interea miramus Bethleemitas in Christi Matrem tam rigidos; irascimur etiam tam duris. Miseric & cæci, irasci nobis deberemus. In nos ipsos rectius hanc excandescientiam depomeremus. Multi Christi (ita dicam) hodie obeunt, pallidi, malè teeti, & qui famem vel solo vultu fateantur. Tum vero munificos nos credimus, cum nummulum porrigitus, aut mucidi panis frustillam projicimus manu preparâ. Quis hodie panesolum aliquem & ulcerosum hominem in aedes sua recipit, cenula sua adhibet, juxta assidet & solatur, re potius quam verbis? Sunt qui id faciant; sed hec tam pauci, ut plures censeant Thebis fuisse portas. Interea tamen Christiani audimus & Chrifticola seu Christi amatores & imitatores, dum pessimos quoque imitamus, dum amamus nos ipsos. Non hi mores huic Infantulo placent. Opulentus es? nisi discis opes contempnere, nihil facis ad paupertinam Christi familiam. Turgidus es? & inflatus? nisi supercilium deponis, ad has cunas ne accede, aut accede alius. Libidinosis es? Niſi tibi frenum injicis, & castè agis, procul ab hoc hospitio. Guſſofus es, & lauitiarum amans? Recede, niſi tuam ipſe frangas gulam, & esurire horis ac fitre cum hoc infante. En Virginis ubera ducit, qui, quidquid vivit, pascit. Si vis huic divinissimo Infantil olim tuo judici amicus esse, conare, ut illi ſis quam ſimiliſtus. Nam amicitia, ſi vera eſt, aut pares accipit, aut facit.

Sedebat quondam infantulus (jam nota narro) ad littus maris, & nescio quid ante scrobiculum moliebatur cochleari. Transibat forte Augustinus, & cum puerum vidisset, Puelle mi, ait, quid hic agis, & solus? Mox puer Augustino, Iſtud ago, inquit, ut in scrobiculum hoc cochleari transfundam mare. At vero tu frustra id agis, mi infantule, ait Antifites, mille scrobiculi non capiant vel minimam partem hujus oceani, nedum ut tuus hic unicus totum. Hic rursum puerulus Antifites: sed enim & tu, frustra Deum tuo ingenio conatis includere, qui nullis terminis ambitur. Dixit & evanuit. Quis cum Augustino non subficerit, si audisset infantulum conari in foſſulam transfundere immensus mare? Et tamen id hodie, si cogitamus, verissimum factum. En Deum, illud bonitatis infinitum pelagus, incircumscripum illum rerum omnium oceanum scrobiculo mortalitatis nostræ conclusum.

§. III.

AVGVSTINVS.

HIC eſt ergo dies, que venit in mundū, per quem factus eſt mundus: quo carne factus eſt præſens, virtute numquam absens, quia in hoc mundo erat, & in sua venit. In mundo erat, sed mundum latebat: quia lux lucebat tenebris, & eam tenebræ non comprehendebant. Venit ergo in carne, carnis vitia mundaturus. Venit medicina in terram, unde curaret interiores oculos nostros, quos exterior nostra excacaverat terra: ut eis sanatis, qui fuiimus antea tenebræ, lux efficiamur in Domino, & non jam lux in tenebris luceat præſens absentibus, sed apparcat certa cernentibus.

Christus
venit in
carne, ut
carnis vitia
mundaret.

A Ad hoc sponsus processit de thalamo suo, exultavit ut gigas ad currēdam viam, amabilis & terribilis, severus & serenus, pulcher bonis, asper malis. Manens in ſinu Patris, impedit uterum Matris. In quo thalamo, id eſt, Virginis utero, natura divina ſibi copulavit humanum: ubi Verbum caro factum pro nobis à Matre procedens, ubi habitemus, preparat nobis. Hunc ergo diem læti ſolenniter celebremus, & æternum diem per eum, qui nobis æternus in tempore natus eſt, fideler exoptemus, Iesu Christum Dominum noſtrum.

§. IV.

AVCTOR.

SED vide mundi liberalitatem in ſuum conditorem. Mundus Christum in praesepio excepti, dimisit per crucem, naſcenti caulam, morienti Gotham liberalissime concessit; ordiuit vitam fruſtit eō ſeno grabatulum, vitam finienti pro thalamo fuream paravit. Haec ſcilicet mundi gratia ſunt, quas ſuo Domino perfolvit.

De Reginarum cingulis, de Regum cervicalibus Mart. & ſcamnis ſuppedaneis mira proflus ſcriptores priſci prodiderunt. Persarum Reginæ Parſatidi regio tota in singulum fuit attributa. Nam Persidis Reginis oppida complura integræque regiones in singulis mundi mulieris partes aſſignari ex æario ſolebant. Exempli gratiæ in annulos, in armillas, in torques, in ſtrophium, in amiculum, in cingulum, in calceos ac fandalia, & quidquid veftitum ſpectat, tantum ac tantum auri pendebatur. Quod & Plato teſtis conformat in Alcibiade. Ita & Themistocli apud Persas quinque urbes, Magnesia, Lampsacus, Myus, Percope, Pæſcepis, in panem, vinum, obſonium, veſtem dicuntur tradire.

Catharinæ Lusanorum Reginæ ſoccorum & ceterarum nomine quadrigenti aurei penſitabantur. Quocirca Franciscus Xaverius ad Catharinam regiam tam ſalsè quam piè ſcriptis, non alios fore locos aut crepidas aptiores, quibus ipsa colum scandaret, quam puerorum in oratione pifcaria Christianam institutionem. Quare orare ſe, ut ſoccorum crepidarumque ſuarum vefſigal, ad sternendam ſibi in colum viam, communione læta propagandæ religione attribueret. Illa, ut erat femina inſigni religione, ſuum illud tributum volens ac libens dictis uibus concessit.

Quid Reginæ Matri Virgini, quid ejus Filio in alimoniam & amicimina orbis terrarum, obſcro, attribuit? Paupertatem & indigentiam. Haec mundi Lautia ſunt.

Charles Mitylenæus apud Athenæum memorat (quod nos ſupræ preſſiū) reges Persidis eò prolapsos deliciarum, ut ad caput cubilis regii conclave habent, medio pariete diſtingutum, ea capacitate, que quinque lectoris contineret, in eo ſemper quinque millia talentum auri aſſervari; a ſunt noſtri calcuло 3275000. coronati, five, trigesites & bis millies milles, ſeptingenties quinquagies mille. Hoc autem conclave, Cervical regium appellari. E regione vero huius aliud eſt conclave trium lectorum, in quo tria millia primum talentum argenti, ſunt noſtri monetæ 1800000. coronatorum, five millies millici & octingenties mille coronati. Atque hoc ſeabellum regis ſuppedaneum ſolent vocari. In ipſo Regis cubiculo vitis erat aurea, genmis ponderosa, eaque velut pergula regio cubili obtemperabat. Haec vitis ramos habebat penſiles è lapillis & ſtimatis ſimis compositos. Non procul ab ea crater aureus collocari ſolitus, Theodori Samii opificio & arte ſolitus.

Iapandus, & Hieron. Pradum tom. 2. in Ezech. l. 5. diſput. 3. c. 59.

Appendix Partis I.

317

*Centum & arte nobilis. De quo thesauro explicatisimè Be-
neditus Pererius: Quæ summa, inquit ad rationem
nostratis pecunia redacta conficit millies & octies
centena millia aureorum, seu centum & octo millio-
nes.*

*Ita Persarum Reges habitârunt, hæc corum cubi-
cula & conclave, hæc cervicalia, hæc scama suppe-
danea. Quid horum habet Iudeorū Rex Bethlehemi
natus, quod illius est cervical, quod suppedaneū sea-
bellum? Magnificas quidem voces divini Psaltæ au-
divimus: *Pulchritudo agri mecum est. Si esuriero, non di-
cam tibi: meus est enim orbis terra, & plenitudo ejus.* Hæc*

*dicere supremi tantum Regis est. Sed quænam hæc
mutatio? non jam pulchritudo agri, sed turpitudo
stabuli cum illo est: non orbis plenitudo, sed summa
rerum omnium penuria ad hujus Regis cunas cerni-
tur. Et considera mihi, obsecro, nascens lectulum,
morientes thalamum, tumulum mortui. Inter pecu-
des nascitur in præsepi, inter latrones moritur in cru-
ce. Mortuus in tumulo defertur non suum, sed quem
suo magistro viro nobilis & Senatoris ab Arimathæa
pia liberalitas concessit in supremi honoris testimo-
nium.*

*Ita qui terram palmo concludit, linteolis involvi-
tur. Ita mori ceperit vixum natus; & an non millies;
ter millies, & plane sepius est mortuus in illis membris
suis, quæ Herodianæ crux immanissime transfixit? sed
nec iste noster parvulus suum sanguinē negabit. Ex-
pectate paululum. Iam lacrymas velut obfides mitit,
post annos non multos omnem susurus sanguinem.*

s. V.

AUGUSTINVS.

*Dominus noster IESVS Christus, charissimi, qui
in æternum est cunctori creator, hodie de Ma-
tre nascendo factus est nobis Salvator. Natus est no-
bis hodie in tempore per voluntatem, ut nos perdu-
cat ad Patris æternitatem. Factus est Deus homo, ut
homo fieret Deus. Ut panem Angelorum manducaret
homo, Dominus Angelorum hodie factus est ho-
mo. Hodie impleta est prophætia illa, que dicit: Re-
rate cali desuper, & nubes pluant justum: aperiatur terra, &
germet Salvatorem. Fatus igitur qui fecerat, ut in-
veniretur qui perierat. Sic enim in Psalmis homo
confitetur: *Prinquam humiliarer, ego peccavi. Et iterum:
Erravi sicut ovis, que perii. Peccavit homo, & factus est
reus. Natus est homo Deus, ut liberaretur reus. Homo
igitur cecidit, sed Deus descendit. Cecidit homo mi-
serabiliter, descendit Deus misericorditer. Cecidit
homo per superbiam, descendit Deus cum gratiâ. Sic
namque Mater Domini ab Angelo audivit: Ave grati-
tia plena, Dominus tecum. Qui natus est primò sine ma-
tre in cælis, hodie natus est sine patre in terris. O mi-
racula! o prodigia! fratres mei, naturæ jura mutan-
tur in homine. Deus nascitur, Virgo fine viro gravida-
tatur, viri nescians sermo Dei maritat. Simil facta
est Mater & Virgo; Mater facta sed incorrupta, Vir-
go habens Filium, nesciens virum. Semper clausa, sed
non infecunda. Virgo concepit, sola vulneri nostro
medicinam pareat potuit, quæ non ex peccati vul-
nere germin pia prolixi emisit.**

O mira & inæquita compago! o nova & inau-
dita commixtio! Deus qui est, & qui erat creator, fit
creatura. Qui immensus est, capit: divites confi-
tuens, pauper efficit: incorporeus, carne vestitur,
fermo crascescit: videtur invisibilis, palpatur impal-
pabilis, comprehenditur incomprehensibilis, immor-
talis occiditur. Quem cælum & terra benedicit, in
præsepio angusto collocatur. Numeratur in sæculo,
qui est ante facula, Christus IESVS heri & hodie, id est ipse

Tom. II.

*A & in sæculo. Heri dixit propter mortalitatem, hodie pro-
pter æternitatem. Merito hodie locuti sunt cali, gra-
tulati sunt Angeli, pastores jucundati, Magi invita-
ti, Reges turbati, Martyres coronati, dæmones efflu-
gati. Igitur cum gaudio dicamus sanctæ Virginis Ma-
riæ Matri Domini nostri Iesu Christi dicamus, &
non confundamur: Laeta Mater Christum, & Do-
minus nostrum & cibum. Laeta panem de cælo ve-
nientem, & in præsepi positum, velut pectorum cibaria
jumentorum.*

s. VI.

AVCTOR.

*F N igitur veri Salomonis lectulum, quem non
sexaginta bellicos heroës, sed geminæ singunt
pecudes, quæ omnem palatinam turbam aulicumque
familitium supplent.*

*B Videte verum Iacob, qui post solis octubitum re-
quiem querit, & pro pulvillo saxum capit subster-
nit. His, inquit Philo, pro cubili preioso & solum herbidi,
pro fræculo congestæ frondes & folia, pro pulvino saxum ali-
quod aut tumulus paulo acclivior. Nos omne genus vo-
lucrum plumis viduamus, ut somnum soffrum mul-
ceamus. Creator omnium, animantium fœmis fli-
pulis incumbit, præcipiolum vimineâ cruce conser-
tum, stramento tectum premit. Quam bene liberalis
& sapiens natura providit animalibus? sua vulpeculis
latibula, sui sunt aviculis niduli, solus rerum condi-
tor tuguriolo alieno hospitat.*

*D De Heliogabalo Imperatore Romano Lampri-
dius, Primus omnium, inquit, privatorum torosauræs
toralibus texit. Primus mensas & capsas argenteas
cucabitis habuit; solido argento lectos triclinares
& cubiculares fecit. In Domini IESV natali dono,
non capsa, non cucabitus, non mensa, sed nec lectio-
nalia sunt argentea; nil argenti habuerunt tanti Regis
cucabitus. Nihilominus ea collidissima, affectibus con-
tueri desiderans Chrysotomus, O si mihi ait, liceret vi-
dere illud præsepi, in quo Dominus jacuit. Nunc nos Christia-
ni quasi pro honore tulimus luteum, & posuimus argenteum: pag. 1114.
sed mihi pretiosius illud est, quod ablatum est. Qui in isto pra-
sepi natus est, aurum condemnat & argenteum.*

*R Em miram & inter prodigia numerandam nar-
rat Ioannes Nyder Theologus insignis & Ecclesia-
lii Confan-
tates. Ego fidem penes auctorem esse jubeo, cuius ver-
ba optimâ fide adnumerabo. Ita scribit: Sunt vix
Bafiliæ in-
duodecim anni elapsi, quod non multum à civitate torfuit circa
Nurenburgensi, in diecepsi Bambergensi ponens cre-
vit in loco campestri & communis, quæ multis annis,
ut sequitur, in vigore permanxit. Hæc autem arbor
super omnia, quæ nostris audivimus temporibus, mi-
rabilis conditionis exxit. Nam in æstatis principio,
in vere videlicet fluit, fronduit, & verlus autum-
num more aliarum arborum poma fructificavit. Por-
annuatim in austerrimâ & inclemtíssimâ hy-
eme semper & solum in nocte Nativitas Christi,
quando Virgo virginum salvo integratæ flore Dei
genuit filium, pomella virientia in quantitate artus
unius virilis digitæ produxit. Est autem pro tunc pa-
tria ad duos menses ante, & post ad totidem, & eis
solet nivibus profundis teata, congelationibus clausa,
& ventis rigidissimis perflata, & incōmoda eadem
omnia fructecta unâ cum arboribus patiuntur eodem
tempore. Stuporem autem augebat prodigi, quod
nec ante nec postea, sed dumtaxat prefata nocte sa-
cratissima pomella germinata sunt. Non enim sicut
arbores hortenses ceteræ simo nutriebatur, non cir-
cumfodiebatur sarculo, nec sepi circùdabatur aliquâ.
Solebant propteræ tempore annuo de civitate Nu-
renburgensi, & adjacentibus locis diecepsis Bambergensis*

D d 3

gensia

Appendix Partis I.

gens plures præceptorum fide dignissimi testes accurrere, & tota vigilare nocte, ut rei veritatem comprobarent. Est enim per omnia similis arbor in alio loco dictæ dieceesis. Vidi ergo præsentari ad videndum in oppido Forchaim dictæ dieceesis ejusdem ponni pomellum Magistro Ordinis nostri Generali Bartholomæo Texeri. Fuerunt præterea tempore Constantiensis Concilii in eodem plures viri fide digni, præsertim Dominus Episcopus Rigenensis, Doctor divini & humani juris reputatissimus, qui testes hujusmodi prodigi existentes, multos hæc credere fecerunt, qui anteā fidem de eo negabant penitus. Idem sic præsente propositum est pari modo in loco Basiliensis Concilii coram multis Doctoribus sacrae paginae & juris Canonici, ac artistis & philosophis. Nec ab aliquo audiri, qui merè naturali hoc posset operi rationabiliter attribuere.

*Ioan. Nyder
l.4. Formicarii, c.5.
med. minis
pag. 289. &
seqq. Edius
Duaci à
Georgio Col-
venerio Th.
Professore &
librorum in
Academie
Duacena
Visitatore,
an. 1602.*

Huic aliud ideam scriptor sequenti paginâ subjungens: A Domino Bertholdo presbytero, inquit, plurimum litterato, & devoto, ac fide digno, qui in dieceesi Eystetenfli aliquando inquisitor heretice praefecit, Edius vitatis extites, hoc, quod sequitur, audiri. Solebat hic multum superstitione odisse & perseguiri, utpote zelator fidei precipuus. Audierat autem, quod quicunque ipsa die Nativitatis Christi, vel in vigiliâ, micas panis, quæ fidelium mensæ supererant, quomodocumque in incertum projiceret in aliquem horum, non obstante, quod ibi anteā flores, qui vocantur in Teutonico Ringebuemen/numquam crevissent, radicem fixissent, nec seminari essent, tamen sequenti proximâ æstate flores præfati ibi germinarent & florerent aperte. Probavit igitur hoc propriis manibus prædictus dominus Bertholdus, & vertatem rei cōpertus est, ita flores crevise, ut prædictum est. Sunt autem flores coloris crocei, quorum semen est quasi circularis figuræ.

An ista usqueaque certa, ego hîc non disputem. *Idem eodem loco.* De utroque sicut ipse iudicium apponens auctor: De ultimo, inquit, si verum est, ficuti de primo, nullam video fidei jacturam immovere. Imò eam fidem promovere, quâ credimus Christum florem stirpis Iesse ex tempore natu' esse de intactâ Virgine sine humano semine, cui primum & ultimum de præfatis mirabilibus alludit. Et prout in Concilio Constantiensi à quodam Professore Theologœ percepi, Dei sapientia verisimiliter ista fecit in loco rudi & simplicis populi, ut ab arbore oculis hominum propotius facilius manu ducerentur ad proniūs & devotius credendum articulos Christi Nativitatis & Humanitatis.

Vis autem nosse, o Christiane, quibus tu vestibus induaris? Tui Domini pannos aplice. Vis nosse, quas delicias sectoris? Christi cunas intuere. Vis nosse tui superceilii occultos fastus? domum natalitiam tui Regis contemplare. Hac te regula metire. *Hec dicit dominus,* ait Ilaias, *gratis venundati es & sine argento redimemini.* Heu quâm vili, quâm & gratis venundamus nos ipsos! plerunque spurcâ & brevi voluptutâ. Christus igitur non aureis nummis, sed lacrymis, gemitibus, tormentis adevit nos redempturus. Hac pecunia plena est foccus ille Humanitatis. Jam plorat, jam & acerba tolerat ob peccata tua, & tu etiamnum peccas? *Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini, vociferatur vates Hebreus.* Sed en & infirmum, & ligatum est. Sed adhuc & infirmo & ligato sunt arma. Quænam illa? *Quæ Psalmi 44. v.6. tes celebrans, Sagittæ tuae, inquit, acute, populi sub te cadent.* Cerne Iudeos in pastoribus, cerne gentes in Magis ante hunc Puerum cadentes. Sed quibus fixi *Ad Tit. c.3. ver. 4.* sagittis cadunt? Humanitatis & amoris. *Benignitas & Humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei.* Quis nimium

A hunc amorem Numinis in tenebrosâ specu vagientis consideret, & amoris igniculus non sentiat? sed hac non aquâ lance perpendimus; non consideramus ista, ideo non ardemus. *Hoc festum,* ait Nanziatus, non carnaliter celebrandum nobis est, sed spiritualiter, & alia consideratione. *Verba nostra bona sint, quia jam Verbum in carne est.*

Temulentus Rex Balthasar inter epulas *laudabat Deos suis aureos & argenteos.* Nos aliter longè festos dies *agitemus;* laudemus Deum nostrum non argento, non auro, sed carne, sed pannis nostri caussâ vestitum. Illi ante deos suos ponebant cibos, quos scivere non absimendos; nos pecuniis & cibis juvemus egenos, Dei amicos, à quibus nos scimus in eterna Claustrum tabernacula recipiendos.

Verum ideo Christus in extremam se paupertatem dimisit, ut suos omnes, qui cum paupertate ac ærumnis colluctantur, firmaret. Cùm tres Hebrei B proceres in Babyloniam fornacem mitterentur, cum descendit ad eos quartus similis filio Dei; hinc illi penitus flammarum mediâ à flammis illæsi. Nunc autem non Angelus Dei Filio assimilandus, sed ipse Dei Filius, ad nos semet submissit, ut noscere in adversitate omnibus, & adjutor esset & socius. *Parum erat, ut Augustinus loquitor Augustinus, hortari nos verbo, nisi firmaret exemplo.* Nec facile dictu' est, quantum hæc una res animum ad omnem patientiam erudit. *Magna gloria, sed qui Dominus.* Idcirco Paulus, *Per patientiam, inquit, curramus ad propositum nobis certamen, afficienes in austerem fidei & consummatorem Iesu Christi, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem.* Iam in cunis sustinet. Cum enim venerit abolere noxas, primo aggressu harum radices, divitias & delicias, paupertate sustulit.

§. VII.

AVGVSTINVS.

S Alvator noster, inquit, natus de Patre sine die, *de Natura* per quem factus est omnis dies, voluit in terra habere natalem diem, quem hodie celebamus. Quis quis hunc diem mirari, aternum mirare potius ante omnem diem permanentem, omnem diem creatum, in die hodierno nascentem, à malitia diei liberantem. Adhuc mirare: *Cuius peperit, & Mater, & Virgo est:* quem peperit, & Infans & Verbum est. Merito cœli locuti sunt, Angeli gratulati, pastores lætati, Magi invitati, Reges turbati, parvuli coronati. Laeta Mater cibum nostrum, laeta panem de cœlo venientem, & in præsepi positum velut piorum cibaria jumentorum. Prophetæ cecinerunt Conditorem cœli & terræ, in terra cum hominibus futurum: Angelus annuntiavit Creatorem carnis & spiritus in carne venturum. Salutavit Joannes ex utero in utero Salvatorem: Simon senex Dominum agnovit infantem: Anna vidua Virginem Matrem. Hæc sunt testimonia Nativitatis tuæ Domine Iesu, antequam tibi fluctus substerrentur calcanti, cederent imperanti, antequam ventus te jubente filiisset, mortuus te vocante vixisset, sol te moriente palliisset, terra te resurgente tremuisset, cœlum te ascendentem patuisset: antequam ista & alia mirabilia iam juvenilis tui corporis ætate fecisses. Adhuc in manibus Matris portabis, & jam Dominus orbis agnoscebaris.

§. VIII.

AVCTOR.

I nfans cùm nasceretur (quod Iulius obsequens narrat inter prodigia) Infans, inquam, cùm nasceretur, dixit, AVE. Infantum alius adhuc semestris in foro boario Romæ triumphum proclamavit, quod Livi

AVGVSTINVS.

Vbius Christus Dominus pulcher occurrebat. Aug. 10. 10.
 Pulcher in cælis , pulcher in terris , pulcher in firm. 9. de
 Patre Verbum pulcher in matre caro & Verbum : Nativ. Chri-
 Pulcher in utero Virginis , ubi non auctor divinita- sti. de temp.
 tem , cum suscepit humanitatem : quia cum hic es- Pag. 217.
 set , cum manibus portaret , lateti sunt cæli , ga-
 visi sunt Angeli , Magos stella direxit , adoratus est
 in præsatio , cibaria mansuetorum , adoratus est in
 templo puer Christus à sene Simeone , gestatus est in
 ulnis , à quo ipse regebatur. Pulcher ergo Christus
 in miraculis , in flagellis , in sermonibus , in verbe-
 ribus pulcher , non curans mortem , & mortuos su-
 scitans. Pulcher in ligno , pulcher in cœlo , pulcher
 & in sepulchro. Quis igitur , charissimi , non admiri-
 tur , non adoret primum & novissimum initium
 & finem , & & & ? Quis , inquit , non adoret , per
 quem respiravit dies , effigiae sunt omnia ? Natus
 est Imperator , ut ablueretur peccator. Sic enim scri-
 ptum est : *Infirma mundi elegit Deus , ut confundat fortia.* 1. Cor. 2. 1.
 Dominus enim IESUS Christus , per carnem quam vers. 27.
 suscepit , tribuit nobis magnam ipsam , magnam con-
 solationem , magnam gratiam. Natus est quod non
 noveramus , laetus est à matre , fuxit quod nove-
 ramus. Mercatus est à nobis , quod hic abundat , na-
 sci & mori. Resurgere , & in æternum vivere , non
 hic erat. Invenit hic viles merces terrenas , & ter-
 restribus attulit peregrinas & caelestes. Si expavescis ,
 o quisquis es auditor , mortem Christi , ama resur-
 reactionem Christi. Multi quidem contempserunt hu-
 milem Christum , & non persevererunt usque ad al-
 titudinem Christi. Qui autem adoraverunt humilem ,
 invenerunt excelsum.

AVCTOR.

Optimus ille Albanensis Episcopus Matthæus , Petrus Clu-
 cuius res gestas Petrus Cluniacensis Abbas me- niae 1. 2. mi-
 morat , ipsa sacratissimæ Christi nascentis nocte sub
 auroram finiit vitam. Noctis medio cum æra con-
 cipient , aeger in fatali lectulo sece attollens , & quo
 potuit gestu & voce in celestem latitudinem erumpens ,
 Christus , ait , natus est nobis : *Gloria in excelsis Deo :* rac. 6. 22.
 totumque illum hymnum pronuntiavit. Iamque au-
 tora viciniora ad crucifixi signum versus , veluti
 præsentem Christum cerneret : *Mi amantissime IESU , inquit , cum veniâ tuâ moriar hac nocte , quâ tu nasci dignatus es.* Hæc ultima erant decumbentis
 verba. Cumque iam lucesceret , & in templo illud
 am festa diei proprium cantaretur : *Lux fidejicit ho-
 die super nos , &c.* Matthæus animam effavit æternâ
 luce vestiendam. Quid vero beatus ille Cluniacen- Petrus Clu-
 sis Abbas Petrus per vigilio Christi nasciturus suis ad niae 1. 1. mi-
 pietatem excitandis dixerit eadem ipsem scriptio- rac. 6. 15.
 ne perceret.

Suidâ teste , cygulus avis marina adeo est infir- Suidas voce
 ma , ut ipsa sibi nidulum construere non possit , & Kouzakos.
 idcirco in alienis cogatur nidis parere. En infantu-
 lum divinisimum , sed en aviculam simul infirmissi-
 mam in vili angustoque nidulo & quidem non suo
 habitantem. En granum finapis nimis quam mi-
 nutum , sed crescat in arbore crucis , & capite ce-
 lum feriet. De hoc Ambrosius , *Nascendo , inquit , in Ambr. ser. 2.*
hominem humiliatus ut granum est , ascendendo ad celum ex de Sinapi.
altatus ut arbor est.

Cum leprosi Samariae opulenta Syriorum castra, ex vano meru deferta reperissent, dixerunt ad invicem: Hac dies boni nuntii est, si tacuerimus, seeliris arguemur. Quenam hæc dies? De quâ Eliseus, Cras, ait, modus simile uno statere erit. In Bethlehem domum Ceralem & paniam è cælo panis vivus pretio vilissimo vendendus venit. Hic panis omni humana genti toti terrarum orbi sufficiet in alioniam abundatissimam, nec tamen omnis hæc annonæ pluris vendetur quam tringinta argenteis. Hanc nobis felicitatem, si poscent, Angeli invidenter. Et certè Lucifer cum suis invidit, lumen scitè compostrum supra Angelos evenendum. Angelorum ceteri non amplius le adorari ab homine passi, cùm Christus exprelse dixerit Magdalene: Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum. Hæc igitur dies planè boni nuntii, hæc dies nuntii est optimi, quam & Angeli & Prophetæ omnes nuntiaverunt.

Rex Maccedo Alexander interiorem Persidis regionem penetratus, multis imbris, & prope intolerabili tempestate vexatus, procedere tamen, quod intenderat, perleveravit. Ventum erat ad iter perpetui oblitum nivibus, quas frigoris vis gelu adstrinxerat: locorumque squalor & solitudines invia fatigatum militem terabant, humanarum rerum terminos se videre credentem. Omnia vasta sine ullo humani cultus vestigio attoniti intuebantur: & antequam lux quoque & cælum ipsos desicerent, reverti jubeant. Ceterum ipse Rex equo desiliit, pedesque per rivem & concreta glaciem ingredi coepit. Eruerunt non sequi primam amici, deinde copiarum duces, ad ultimum milites: primi sique Rex dolabram per glaciem iter sibi fecit. Exemplum Regis ceteri imitati sunt. Nos Regis nostri exemplum cernimus, sed quis imitatur? Extremam ejus paupertatem & pannos videmus, sed quis ideo insolentem vestitum abjecit? Opum contemptus in oculis est, sed quis ideo amare opes definit? Specimen humilitatis absolutissimum intuemur, sed quis illud imitari conatur? Hæc verbis laudamus, alia monstramus factis. Aut Regem tuum, Christiane, præteum sequere, aut tuum esse Regem nega.

Christus quamprimum natus, cathedral, è quâ doceret, ambit: nec sanè quievit novus hic concionator, dum excelsam cāmque celeberrimam conserneret cathedralē, è quâ orbem universum ad Humilitatem & Patientiæ mores erudit. Vbi est ergo, discipuli? Audite mutum Doctorem obedientiæ leges facundissimè tradentem.

Fecit coelestis Pater, quod nonnumquam eruditus Geometrie doctor tentare cogit. Hic cuim animadvertis, discipulos ea parum capere quæ tradit, deum è thedrā descendit, atque in arenâ & pulvere describit circino jam dicta, ut vel oculi capiant, quod aures non admiserunt. Humilitatem, patientiam, amorem paupertatis, iam olim Prophetarum scriptis docebamus. Sed hem! indociles discipuli vix quidquam horum capiebamus. Denique Humilitatis Magister è cælo descendit, ut illius lineas in terrâ depingeret, ad ea vel ipsius oculis imprimenda, quæ aures effugissent. Quin ergo tandem aliquando discimus, quæ cælestis tradit preceptor?

Egressus fuerat Isaac ad meditandum in agro inclinatè, jam die. Hunc ubi Rebecca peregre adveniens conspexit, puerum interrogans, Quis est ille homo, aiebat, qui venit per agrum in occursum nobis? Cui puer: Ipse est Dominus meus. Mox Rebecca de camelō descendit, & tollens pallium suum operuit se. En Christiane sponsum animæ tuæ Isaacum obedientissimū, vide in occursum venit tibi meditabundus. Et certè meditatur grandia. Hanc namque altissimam paupertatem, quam tolerat, aliâ

A multò altiore cumulabit, jam lacrymas fundit, paulò post sanguinem fusurus. Et tu egregius scilicet, quem te jaegas, imitator Christi, etiamnum gibbosum tuum camelō veheris, astimari cupis, favores colligis, honores ambitione plurimā undequaque venaris. En infantulus, quem in stabulo cernis, ipse est Dominus tuus. Non erubescis tam contrariis studiis te ab ipso divertere? quin tandem aliquando descendis de tuo camelō, atque humilitatis pallio te involvis, & pompas mundi despicias? Quod & Petrus Damianus instillans, Nam & ipse, inquit, conditor Angelorum, dum patr. dñi in praesepio viaginem reclinatur, non ostro vel togæ rutilantiæ bus opertus, sed vilibus legitur panniculis involutus. Erubescat ergo terrena superbia, confundatur & obstupescat arrogancia redempti hominis, ubi mox erumpentibus radis, exorti corascat humilitas Redemptoris. Ergo elige quod elegit Christus, & non errabis. Melius est delpercere cum Christo, quam cum mundo sapere.

§. XI.

AVGVSTINV\$.

Rogo vos, fratres charissimi, ut libenti animo sermones, quos Dominus dabit, suscipiat in hac dulcissimâ die: in quâ compunctione etiam infidelibus venit, in quâ misericordia tangitur impius, veniam sperat compunctus, redditum non desperat captivus, remedium desiderat vulneratus, in quâ nascitur Agnus, qui tollit peccatum mundi. In cuius Nativitate qui conscientiam puram habet, dulcius gaudet: qui miseram, attentius timet. Qui bonus est, affectuosè orat, qui peccator, devotissime supplicat. Dulcis dies, vere dulcis, & cunctis poenitentibus veniam portans. Promitto vobis, filioli, & certus sum, quia in hac die, si quicunque corde poenitentier, & ad vomitum peccati reveritus non fuerit, quodcumque petierit, dabitur ei: tantum in fide non dubitet, delectationem non repeatat. Hodie totius mundi peccatum tollitur, & peccator desperat? sed videat qualis debeat esse penitentia: quia multi assidue se dicunt esse peccatores, & tamen adhuc illos delectat peccare. Professio est, non emendatio. Accusatur anima, non sanatur. Pronuntiatur offensa, non tollitur. Poenitentiam certam non facit, nisi odium peccati & amor Dei. Quando sic poenitentes, ut tibi amarum sapient in animo, quod ante dulce fuit in vitâ, & quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciat in mente, jam tunc bene ingemiscis ad Deum, & dicas: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Bene, tibi soli peccavi, quia tu solus es sine peccato. Bene tibi soli peccavi, quia nullus hominum sine peccato: & ideo tibi soli peccavi, quia nullus nullus est sine peccato. Da Domine misericordiam miseri, qui tandem pepercisti criminis. Inclinat ad remedium humilitas poenitentis, quem permovere non potuit diuturnitas peccantis peccatoris. Dic illi in fletu cordis: Aspice infelicem pietas immensa, respice crudelē misericordia publica. Desperatus ad omnipotentem venio, vulneratus ad medicum curro. Serva pietatem manuetudinis, qui tam diu suspedit gladium ultionis: dele numerositatem criminis multitudine misericordiarum. Ita est, filioli, vera poenitentia, quando sic convertitur quis ut non revertatur, quando sic poenitet, ut non repeatat.

§. XII.

AVCTOR.

Iohnes* Zumarraga primus Mexicanæ civitatis Archiepiscopus, vir religiosissimus, in epistola quam anno 1532. ad sui Ordinis congregationem Toluca, loſe celebratam dedit, testatur, in sola urbe illâ Mexicō,

xico dum diaboli cultus illic vigeret singulis qui
busque annis plusquam viginti millia puerorum &
puellarum diabolo fuisse jugulata in victimas, ut potissimum corda tot innoxiorum tyranno illi offerrentur. Res pene incredibilis, nisi ea signatis tabulis af-
firmaretur. Si tantam cordium multitudinem urbs
unica quovis anno cacodæmoni obtulit, eaque pru-
nis, velut thus adolenda imposuit, quid gravamur
suum quicque cor consecrare, atque offere orbis
Servatori? Nil opus est cor officendum evellere
corpori, dum reminemus, offerimus. Nam, quod
præful Hippomenos dixit; Cor offeratur moribus san-
ctis, cogitationibus castis, operibus fructuosis. Averten-
do à malo, & convertendo ad bonum. Damnando
vitium, amando Deum, diligendo proximum, im-
pendendo misericordiam miseri: quia & nos ipsi
miseri fuimus, antequam redimeremus. Dimitte-
do illis qui in nobis peccant: quia & nos omnes sub
peccato fuimus. Superbiæ calcando: quia per su-
perbiæ primus homo dejectus est. Abjiciendo in-
vidiam: quia per invidiam decepit diabolus ge-
nus humanum. Quæ cùm ita sint, erigite animos
vestros, & nullus sit, sive liber sive servus, sive inge-
nuus, qui non hodie Deo cor suum offerat, simul &
reddat, quia nimis miserum est, ut Deo aliquid non
offeramus de nostro, qui animam suam pro nobis po-
suit; & propteros, cùm esset æternus, carnem luf-
cepit. Nunc itaque quicunque iram contra alterum
tenet, tantum propter amorem Dei dimittat, & ob-
tulit cor suum. Si quis consuevit jam longa diutur-
nitate in luxuria voluntari, resipiscat aliquando, & ex-
cutiat fortes suas per compunctionem, & elamet in
corde suo in oratione secretiùs ad Dominū. Piissime
Domine, misericordissime Deus, sufficiat mihi quod
hucusque peccavi, quod contempti te, quoq[ue] a tori-
bus carnis meæ satisfeci, jam nunc te inspirante vo-
eo, me à nequitia mea conversurum. Cùm hac fec-
erit, & iste obtulit cor suum. Si ita invidia te-
netur fratri, & felicitate illius aut actione prospera
non delectatur, quod est peccatum usque ad mor-
tem, promittit & ipse in corde suo, meditaturum se
potius actus bonos, quam livorem cumdem habitu-
rum; & cùm fecerit, & ipse obtulit cor suum. Si quis
verò sibi conscius est de homicidio, indicat sibi ipse
in corde suo penitentiam, & vindicet in seipso ma-
lam conscientiam, & statuat sibi ante Deum crucia-
tum penitentia & spatiū: & plenum animum ve-
neno, quem ante effusio sanguinis proximi faucia-
uit, cruci per abstinentiam & humilitatem: & com-
municare nullatenus præsumat, ut non dupliciter se
infelix damnet, dum in corde criminum horribus
pleno sacratissimum corpus Domini periculosè præ-
sumit accipere. Quod si quis se talem agnoscit, & hec
fecerit, & ipse offert cor suum. Si quis forte, ut afflo-
let, detrahere semper consuevit, & aliorum actioni-
bus obloqui, nec suas respiceat; voleat hodie Deo
in corde suo, & dicat: Hucusq[ue] de aliis dixi, me non
inspexi, ego eram miserior, & alios miseros existi-
mabant: & ideo nunc sufficit, quod peccavit lingua
mea, amodè mendicare delibero. Ecce, qui haec fa-
cit, offert cor suum. Si quis crudeliter se sentit, mi-
sericordiam animi voweat Deo. Si quis superbum,
voweat humilitatem. Si quis vino nimium est dedi-
tus, sobrietatem voweat. Si quis seniori suo peccavit,
veniam petat; & si ille non sapuerit, petere ille tamen
dimittat. Et cùm haec omnia feceritis, charissimi, of-
fertis Deo cor vestrum, & quasi remuneratis Christū.
Quis Deum esse tam humile antehac scire potuit
aut credere? Dixerat Athenis Paulus: Deus qui fecit
mundum, & omnia qua in eo sunt, hic celi & terra cùm sit
Dominus, non in manu factis templis habitat. Sed jam cō-

A res devenit, ut etiam in stabulo manu facta habet. Hoc persuasit amor. Agesilaus Rex Spartanus miro in liberos suos affectu, cum pueris domi luserat. Vidit hoc amicorum quispian, & obstupuit tantum Regem inter pueros velut repuerascere, & cum infantibus balbutire, ac pene infantem fieri. Cui Rex, Hæc inquit, vis amoris est. Nec enim levitatis hic lusus, sed pietatis vis debet illi, qui expertus est, quanto parentes filiorum ardant amore. Ita revera sapientissimum & fortissimum Deum, exercitum Dominum, solus amor infantem fecit mutum. Ma-
jestas & amor hæc optimè convenient, & in una fede morantur, in unico infantulo.

O Dominator Domine Deus, misericors & clemens, pa-
tiens & multa miserationis, ac verax, qui custodis misericor-
diam in milia, qui auferis iniuriam & sceleris atque pec-
cata, nullusque apud te per se innocens est. Quis enim iste est, Exod. c. 34.
H. r. c. 30.
qui applicet cor suum, ut appropinquet tibi? Ergo credi-
bile est, ut habebit Deus cum hominibus super terram si calum-
& celi celorum te non capiunt, quando magis dominus ista, ve-
potius caula ista nec pecori sati apta? Israël clamat Baruch. c. 3.
Baruch quā magna est dominus dei? Quid tamen locum ejus, v. 15. c. 24.
& qui intravit in thesauros ejus? Pastores invenient, in Lue. c. 2.
trarunt, cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de pueri vers. 17.
hoc. Vociferatur Hieremias: Fortissime, magne, & po-
tent, Dominus exercituum nomen tibi: magnus confilio & in-
comprehensibili cogitatu, cuius oculi aperi sunt. Ah, quæ-
nam ista transformatio est! jam nec fortis, nec mag-
nus, nec Dominus, sed imbecillus, sed parvulus, sed
servus est, & oculi ejus clausi sunt. Obstupescens I-
saías, Qui sedet super gyrum terra, inquit, & habitatores Is. c. 40. v.
ejus sunt quasi locusta: qui extendit velut nihilam calos, &
expandit eos quasi tacerat ad inhabitarum. Levate in
excelsum oculos vestros, & videte quis creavit hanc. Qui edu-
cat in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat.
Numquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus De-
mirus, qui creavit terminos terræ: non deficit, neque labora-
bit, ne est investigatio sapientie ejus. Sed ah! mutandus
jam stylus. Admiranda rerum converatio. Jam voca-
frandum: submittite in unum oculos vestros, &
videte Creatorem Infantem. Cæli opifex jam defi-
cit, jam laborat, jam dolet, & facilis est investiga-
tio inopis ejus. Terribilis Dominus, sed olim, & ma-
gnus vehementer, sed olim, & admirabilis magnificen-
tia ejus, sed longè jam admirabilior parvitas illius &
humilitas. Quantus ibi erat, inquit Augustinus, & quā
magis, tam parvus factus est. Parvus factus parvus querebat, Aug. ser. 16.
Quid est parvus querebat? Non superbos, non elatos, sed humili-
les & misericordes. Majestas ibi latebat, ubi infirmitas ap-
parebat. Ergo Cōfitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam Iudit. c. 13.
in sacrum misericordia ejus; Benedicentes Dominum, exal-
tate illum, quoniam potestis, major enim est omni laude Ex. Eccl. c. 43.
altantes eum replemini virtute. Quis magnificabit eum sic-
uti est ab initio? Multa abscondita sunt majora his: pauca
enim vidimus operum ejus. Iam demum opificem ipsum
videmus, sed fascis ligatum, pannis involutum, in
præsipo reclinatum.

Protoplastis jam furti reis tunicas pelliceas Deus Gen. c. 3.
pro indumentis dedit. Nunc Dei Filius cō pauper- vers. 21.
tatis est redactus, ut non tantum domesticarum nec
Scyti carum multelarum, sed nec ovium nec agno-
rum longè viiores pelles habeat.

§. XIII.

AVGVSTINVS.

Huc itaque paululum aures & animos adverta-
nus, si forte valeamus aliquid congruum condi-
gnūmque dicere, non ex eo, quod in principio erat Ver-
bum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: sed Ioan. c. 1.
ex eo quod Verbum caro factum est: si forte dicatur v. 14.
a nobis

Cur dies
natalis
Christi si
cōbrianc
dus.
Isa. c. 53.
vers. 8.

à nobis, per quod habitat in nobis, si forte ibi possit esse dicibilis, ubi voluit esse visibilis. Propter hoc enim & istum celebramus diem, quo nasci est dīgnatus ex Virgine, & in quo generationem suam fecit ab hominibus utcumq; narrari. In illā verò aeternitate, in qua Deus de Deo natus est, generationem ejus quis emarabat? Ibi talis non est, qui solemniter celebretur. Neque enim transit anniversario volumine redditurus, sed manet sine occasu, quia non coepit ex ortu. Est ergo illud unicum Dei Verbum, illa vita, illa lux hominum, aeternus quidem dies: iste autem in quo humanae carni copulatus est, & in quo tamquam sponsus processit de thalamo suo, nunc hodiernus, eras fit hellesternus. Verumtamen hodiernus natum ex Virgine commendat aeternum: quia aeternus natus ex Virgine consecravit hodiernū. Quas itaque laudes charitati Dei dicimus, quas gratias agemus, qui nos ita dilexit, ut propter nos fieret in tempore, per quem facta sunt tempora: & multis servis suis in mundo minor est & aetate, ipso mundo antiquior sine vetustate: homo fieret, qui hominem fecit, crearetur ex Mater quam creavit, portaretur manibus quas formavit, sigeret ubera quia impletiv, in præsepi muta vagiret infantia, sine quā humana muta est eloquentia? Vide, ô homo! quid pro te factus est Deus: doctrinam tantæ humilitatis agnosce, etiam nondum loquente doctore. Tu quondam in paradiſo tam facundus fuisti, ut omni animæ vivæ nomina impones: propter te autem creator tuus infans jacabat, & nomine suo nec Matrem vocabat. Tu in latissimo fructuorum nemorum prædio te perdidisti, obedientiam negligendo: ille obediens in angustissimum diverforium mortalis venit, ut mortuum quereret moriendo. Tu cùm essem homo, Deus esse voluisti, ut perires: ille cùm esset Deus, homo esse voluit, ut quod perierat, inventiret. Tantum te pressit humana superbia, ut te non posset nisi humilitas sublevare divina. Celebremus ergo eum gaudio diem, quo peperit Maria Christum, & conjugata conjugii Creatorem, & Virgo virginum principem, & data marito, & mater non de marito, sed eftior, quam si de marito: Virgo ante conjugium, virgo in conjugio, virgo prægnans, virgo lactans. Sanctæ quippe Matris omnipotens Filius nullo modo virginitatem natus abstulit, quam nasciturus elegit. Bona est enim fecunditas in conjugio, sed melior integritas in sanctimonia.

§. XIV.

AVCTOR.

*Aug. tom. 2.
ep. 3. ad Vo
lusiānum.*

AVGVSTINUS miraculum Christi nati explicans, *Ipsa*, inquit, *vurus per inviolata Matris virginia vice
ra, eduxit membra infantis, qui postea per clausa ossia intro
duxit membra juvenis. Hic si ratio queritur, non erit mirabile; si exemplum posetur, non erit singulare. Denus Deum aliquid posse, quod nos faceamur investigare non posse. In ta
libus rebus tota ratio facti est potentia facientis.*

Omnis Principum Regumque turre, castra, arces, palatia, terrarū orbis, cælum ipsum non satis dignum Deo habitaculum sunt; sed cor humanum, si sit mundum. Hinc illa Domini pollicitatio amplissima: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliger eum, & ad eum veniens, & mansuitem apud eum faciemus. Cælum DEI sella, scabellum est terra.*

Mundus ante adventum Christi veluti vilis urbecula fuit, quæ medicū suis expensis nequit alere. Iam adeſt medicus, qui non tantum podagram, hydrope, aliaque insanabilita corporis contagia, ut Philippus Theophrastus Paracelsus, sed ipsam etiam mortem, non ab ægro tantum, sed etiam à mortuo potest de
sum hoc epi
pellere. Iam Dominus non à longè, sed à propè est;

A jam Emmanuel verus; jam nobiscum est Deus; in domum tuam, in illuc regnū, in illuc regnum nostrum, in illuc regnum nostrum, in illuc regnum nostrum.

Ioannes * Subdiaconus refert, unum aliquē è prisca Afæcis elegantia parabolā explicuisse, quā ratione Christus nostri causā factus fit homo, puer, Lector, Theologus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus. Verba scriptoris ita sunt: *Propter te homo, Salvator est natus; propter hoc venuit Filius Deus, ut tu salvareris. Factus est homo, dicitur Deus, manens Deus; factus est puer; factus est Lector, accipiens libri qui atra legi in synagogā, dicens: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me. Factus est diaconus, Subdiaconus; faciens namq; de fine flagellum omnes sicut de templo oves & boves, & cetera. Factus est Diaconus; præceptus eius fratrum pedes lavare. Factus est Presbyter, & resedit tagi in medio magistrorum docens. Factus est Episcopus, & accipiens panem benedictus ac friget, & dedit discipulis suis, &c. Flagellatus est proper te, crucifixus & mortuus est; & tertius die resurrexit, & assumptus est. Omnia proper te suscepit in se, sicut omnia juxta dispensationem, omnia ordine, omnia consequenter est operatus, ut nos salvaret, & tu proper eum non toleras, que tibi venuint toleranda.*

*pimb. vitam cum morte mutav. * Iohannes Subdiaconus è Grato scrip.
bel. 4. numer. 8. apud Rosweydi, mibk pag. 658.*

§. XV.

AVGVSTINVS.

E Legit sibi, in quā nascetur, diem qui fecit omnem diem, & non sine gratiā prælationis ceteris est dies habendus hic dies, in quo Deus in hominem docetur fuisse promotus. Denique ex hodierno acceptum incrementum, & augmentum sumit cursus sui, qui cetera ad gloriam Dei noscitur. Conceptus est enim aquilæ ario veino, & natus est solstitio hiberno. Et quia die conceptus est in utero Virginis, in ipsa resurrexit ab inferis cum gloriā passionis. Et in conceputu tamen, & in Nativitate ejus diei accepit incrementum, & nascente verâ luce, lucis & diei augmentatur officiū. Adverte interea fratres, adverte Dominicum Sacramentum. In Nativitate ejus dies proficit, in passione deficit, quia à sexta horâ tenebra facta sunt per totam terram usque ad horam nonam. Et quod immunitum est in passione, ampliatum est in resurrectione. Ecce est illud: *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.* Dies Nativitatis diei passionis, & dies passionis diei resurrectionis. Nox Nativitatis nocti passionis, & nox passionis nocti resurrectionis annuntiat verbum. Illic natum, hic palsum. In illa Angelorum gaudium, in ista tortus mundi luctum, sed tamen omnium in resurrectione triumphum: quia in vesperum abundabit fletus, & ad matutinum letitia. Vesperum passionis, quando sequebatur eum multitudo populi, & mulieres lamentabantur & plangebant. Matutinum resurrectionis quo mulieres cum gudio à monumento curabant, & discipuli cum gudio ad monumentum festinabant. Elegit ergo hunc diem sibi ad Nativitatem, nobis ad felicitatem. Sibi ad obsequium, nobis ad gaudium. Sic enī pastoribus Angelus prædicavit. Ecce, inquit, annuntio vobis gaudium magnum, quod erit universa terra. *Quare? quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus.* Ut meritò ad nobis hodie cantandum sit: *Hic est dies, quem fecit Dominus, gaudemus & letemus in eo.* Crescit ecce dies cum ortu nascentis, & lucrativo proventu, vel successibus momentorum, noctilique imminuto curru, ulo defectionem sentiunt opera nebrarum. Die enim exterio nascente, augmentum dabit dies temporalis accipere. Non ut dies aliquid nascenti conserret, sed ut ex nascente dies prærogativam incrementi vel felicitatis acquireret, & sic

*Paracelsus
Salisburgi
humatus est
sum hoc epi*

ret toti mundo festivus, in quo verus Deus homo natus est in carne perfectus. Omnis ergo hujus Nativitatis schola, humilitatis est officina, patientiae massa, virtutis agonia.

§. XVI.

AVCTOR.

Nascitum Christi dies verè letissimus, verè dies quem fecit Dominus, imò quo Dominus factus est servus. Alphonsus Rex Hispaniæ hoc ipso nati Scrvatoris die monitus à suis ducibus, facile nunc & opportunè hostes opprimi posse, respondit: Pluris ego hunc unum diem facio quā omnes victorias. Postea nihilominus felicissimam potitus est victoria.

Iдололатræ prisci deos suos ne ab se aliò commigrarent, catenis ferreis nonnumquam & aureis ligarunt. Ita Tyri obfideone pressi Herculis simulacrum, quod magnâ religione venerabantur, catenâ aureâ vinxerunt, ne urbem desereret. Cœli architectus ut se inter nos sponte habitaturum ostenderet, humanissimè pafus est sibi vincula injici, ligari voluit, sed vinculis Adam, artibus humanis.

Lex est, ait, recens scriptor, in urbibus Sueviæ, ut si jurgantes à verbis ad manus deveniant, & gladios stringant, aliquis autem, lictor eminus, vel puer tantum, aut muliercula inclamat, & nihilominus tamē auditio pacis nomine, sed spredo, duellator audeat ferire, & hostem se profiteri, graviter & ad delicti modum quandoque capite puniatur. Natali nocte Scrvatoris Angelij è cœlo catervatim ad volantes proclamáunt pacem: *In terra Pax hominibus*; & nihilominus nos homunculi nimis quā temerarii erimus pugnamus & digladiamur? neque verbis tantum malevolis & injuriolis nos invicem lacramus, sed ipsis nonnumquam dentes stringimus, manu & ferro in mutua favimus vulnera. Vbiq[ue] lites & rixæ, ubique bella & discordia. Pax, pax, ô viri feminæque, pax ab Angelis jam promulgata est. Capite lumen, si post illam pacis promulgationem ruperimus pacem. Quid jurgia serimus è jurgiis, quid aeternis ardentes odiis, orciis postmodum arsū flammis? O stulti filii Adam, qui contemnentes pacem, & vindictam appetentes aut gloriam, simul & pacem & vindictam gloriāque perditis. Pax jam cœlo est, exturbato cum affliccis Luciferō, pax & terra sit, eliminato cum suppliciis peccato.

Dixerat olim Deus de hominibus à se creatis: *Pani-
tet me fecisse eos*. O æterne Pater, num adhuc dicas poenituisse te quod hominem feceris in terrâ, illum presertim hominem, qui Bethlehem iacet in presepi? Iam certè voces audimus longè suaviores: *Hic est filius noster dilectus*. Per hunc dilectum planè filium & nos quoque non tantum in Dei servos, nec solum in amicos, sed reverā in Dei filios adoptamus, qui hostes eramus. Cum enim æterna Sapientia humanam sibi naturam admirabiliter prorsus ratione æctissimo velut matrimonio junxit, nos sibi pariter æterno amoris vinculo copulavit. Transivimus in affinitatem & coniunctionem obstupescendam.

Rex Macedo Alexander, quod Plutarchus memorat, post Persas tot præliis viatos aureâ sellâ subtentorio auroo confudit coronatus, codémque introducitas centum Persides sponsas totidem Græcis & Macedonibus sponsis nuptum collocavit. Ita Rex primus hymenæi orbus potentissimis populis in amicitiam & fœderâ coœuntibus, unus ipse sponsus tot nuptiarum auspex & conciliator, tot inter se gentes sociavit, Asiam Europæ junxit. Ceterum Alexander vestem Persicam, imò miscellanum quemdam Persico & Macedonico amictum sumpsit, ut jam om-

nium Imperator eorum quos armis obtinuerat, amicos sibi conciliaret, Macedones non offendere.

Videte, quæso, Dominum IESVM Regem nostrum *Ps. 18. v. 6.* tamquam Iponsum de thalamo suo procedentem, qui Philip. c. 1. cùm in forma Dei esset, in similitudinem hominum factus, & v. 6. & 7. habitu inventus ut homo. Sic Angelos & homines sic cœlum & terram admirabili concordia devinxit. Non pigeat, obsecro, Deum nobis similē amare, qui amore nostri tabernaculum non aureum, quod Regem decuisset, sed luteum subire, inter pecudes habitare. Virginis lac trahere, algorem hyemis ferre, paleis indormire sustinuit, & in suum hoc tentorium pauperimos quoque, non tantum humanissimè admisit, sed & ultro per cœlestes genios vocavit admittendos.

Hic ego si linguis hominum loquar & Angelorū, illius sacratissime noctis seu diei mira numquam satis explicavero. Cœlum novam emitte stellam novo cursu per aëra festinante, videfint Astrologi. Exercitus nunquam ante visus jam in sublimi cerniunt; milites non tela fundunt, sed cantica; viderint Duces & Imperatores. Pauperes & abjectissimi hominum opiliones Evangelium è cœlo accipiunt; viderint orgulenti & nobiles. Infans pauperimus ab Illi strissimo Legate appellatur Dominus Logista viderint & archi- *Natus est
grammatei. Virgo parit: viderit Hebræorum Ponti-
ficis consistorium, imò ipsa viderit natura, quid ad
eum Christus
novum hunc partum dicat. Hac ipsa nocte quā Vir-
go peperit, à Saracenis strages horribilis edita Edef-
ficiuntur, à civis Edessæ violatam. Tragicam
historiam ex fide recitat Carolus Sigonius de regno Siganus de
Italiæ. Atque uti olim ob unicam Dinam Iacobi fi-
regno Ital.
liam titiatam urbs Sichimorū Salem funditus est ex-
cisa, ita totum pœnæ Orientis regnum fuit perditum:
ob virginem unicam Armenii filiam stupratam. Vigi-
late virgines, & pudicitia cautissimis studiis servate.*

§. XVII.

AVGVSTINVS.

Exultate virgines Christi, consors est vestra Mater Aug. 10. 10. Christi. Christi parere non potuistis, sed propter de Nativitate. Christum parere noluistis. Qui nō ex vobis natus Christi, ser- 12. detemp- est, vobis natus est. Verumtamen si verbi ejus memi- form. 14. neritis, sicut meminisse debetis, estis etiā matres ejus, pag. 218. quia voluntatem facitis patris ejus. Ipse enim dixit:

*Quicumque facit voluntatem Patrū mei, ipse mihi frater & Math. c. 12.
soror & mater est. Exultate viduæ Christi, quia facun-
dam fecit virginitatem ille, cui vovistis continentia
castritatem. Exulta etiam castitas nuptialis, omnes fi-
deliter viventes cum conjugibus vestris, & quod ami-
fistis in corpore, in corde servate. Vbi jam non potest
esset à concubitu caro integra, sit in fide virgo con-
scientia, secundum quā virgo est omnis Ecclesia. In
Mariâ Christi pia virginitas peperit: in Annâ Chri-
stum viduitas parvum grandeva cognovit: in Elisa-
beth Christo conjugalis castitas, & anilis fecunditas
militavit. Omnes gradus fidelium membrorum capi-
ti contulerunt, quod ipsius gratia conferre potue-
runt. Proinde quia Veritas & Pax & Iustitia Christus
est, hunc fide concipite, operibus dite: ut quod ute-
rus Mariæ in carne Christi, agat cor vestrum in lege
Christi. Quomodo autem non ad partum Virginis
pertinetis, quando Christi membra estis? Caput ve-
strum peperit Maria, vos Ecclesia. Nam ipsa quoque
& virgo est: mater visceribus charitatis, vir-
go integritate fidei. Pieratis populos parit, sed ejus
membra sunt, cuius ipsa est corpus & conjunx, etiam
in hoc similitudinem gerens illius Virginis: quia &
in multis mater est unitatis. Omnes itaque unanimis,
castis mentibus & affectibus sanctis diem Natalis
Domini celebremus.*

Hodie

Appendix Partis I.

Hodie Veritas de terrâ orta est, Christus de carne natus est. Gaudet et solenniter, & sempiternum diem hodiernum quoque admoniti cogitate, eterna dona spe firmissimâ concupiscere, filii Dei esse acceptâ potestate presumere. Propter vos temporalis effectus est temporum effector, propter vos in carne apparuit mundi cōditor, propter vos creatus et Creator. Quid adhuc mortales mortalibus rebus oblectamini, & fugitivam vitam, si fieri posset, tenere conamini? spes longè clarior effusilla in terris, ut terrenis vita promitteretur in celis. Hoc ut crederetur res incredibilior prærogata est. Deus factus qui homines erant, homo factus est, qui Deus erat: nec amittens quod erat, fieri voluit ipse quod fecerat. Ipse fecit quod esset, quia hopinem Deo addidit, non Deum in homine perdidit.

§. XVIII.

AVCTOR.

*Editus est
Luceria anno 1547.
apud Nicol.
Diuitem.*

Hostiensis Antistes Drogo de Dominicæ passio-nis sacramento differens, fecisti mihi Domine, inquit, de corpore tuo speculum animæ meæ. Ut sternus aut pstratus humana verba discat imitari, magister ingeniosus objicit ei speculum, ponit quod ipse stat, & vocem ad avium sonum infle-tens verba format. Pstratus speculum, & in eo sui imaginē cernens, ab alio pstrato sibi simili verba, quæ audit, prolatæ credit, ita longè facilius eadem & ipse discit. Hanc artem in ave docenda usurpatam Nazianzenus hoc metro describit:

Quam visa in speculo sturni depicta figura
Edocuit, virg. ingento preclarus & arte
Stans retro speculum, sturni, in imagine fallens,
Dam sua furtiva modulatur carmina voce.

*Christi
humanitas
est specu-
lum quod
homini
objicitur.*

*Maret. l. i.
Var. lect. c. 2.*
Ps. 93. v. 1.
*Lipj. epif.
cenur. ep. 50
ad Ianum
Hautenum.*
Proboscide.

Ita igitur Drogo: fecisti Domine, inquit, de corpore tuo speculum animæ meæ. Speculum, quod objicitur homini, est humanitas Christi, quæ Verbum aeternum latens divina loquitur, divina patrat, ut homines in istud speculum inspicentes, & imaginem sui cernentes à terræ soldibus erigantur ad coelestia, ad divinam.

Mithridates Rex Asiq & Ponti, cum adhuc infantulus in cunis vagiret, cœlum mitissime iratum expertus est; nam delapsum fulmen, fascias, quibus involutus erat, exsulit, nec eum tamen læsit, vestigium dumtaxat ignis in fronte reliquit, quod facile occularet coma. Cum jam vir esset, adeò vicinam dormienti fulmen cecidit, ut clausæ pharætræ sagittæ, quæ proximè lectum pendebant, conflagrarent, rege penitus intacto. In Antonini Pii & in Nerva Imperatorum nummis videre fulmen est in toro collocatum. Sunt & alia numismata, quæ pro signo habent aquilam insidentem fulmini, cui ramus oleæ implexus. Quo symbolo Carolus V. & Maximilianus usi. Bethlemiticam specum ingredere, & fulmen in toro sed gramineo positum invenies. Deus olim ultimum Dominus, Deus ultionum liberè egit, & in peccantes iracunda torfit fulmina, fulminisque jaculator humili pro� loco jace exarmatus: nomenque fecit Infans mitissimus. In hunc Herodus quidem fulmen vibratum est, sed cassò afflatu. Herodianam sicam divinus Puer evasit. Ille unus non est jugulatus, quem furor tot mille infantum jugulis ludens quæsiverat.

Elephantum in urbe Goâ fuisse memorant, qui anno illo & solemní furore corruptus catenas abruerit & vincula. Fugientibus omnibus, servulū quempiam qui ulnis infantem dominicum gestabat, in ædes properè irrupisse, oblitum sarcinæ quam depouerat in illâ trepidatione ante ædes. Elephas aderit. Mortem omnes & obtritū pueri expectant. Ille con-

A trâ manu suâ leniter attollit, in humile teatrum, quod è regione ædium collocat, respectans curiosè, latissime puer illic sine damno. Dein Furibundus cursum suum exequitur. Id datum omnes interpretabantur veteri beneficio; quia mulier earum ædium domina, & infantis mater, elephanti transventi sepius panem aut fructus obtulerat.

Hic siste cursum brute homo, quicumque vel libidinis vel aliorum vitiorum impetu in vetitum ruis. Ad has cunas, ad hunc Infantem, cepti furoris tantisper obliviscere. An parvulum hunc nocti? Benefactor tuus est. An lasciviendo perges in illum servire? Redemptor tuus est, qui non lachrymas solvit, sed & sanguinem pro te fusurus. Conditor tuus est, qui te vel cœlo adscribere, vel in gehennam ablegare potest. An in Benefactorem, in Redemptorem, in Conditorem tuum calces elidere non defines? furiosum hunc cursum tuum non fistes, lacrymas & sanguinem Christi conculcatum ibis? Haec tenus ista. Fuerimus tales, non amplius sumus. Iam meditemur sanctioria. Malitiam tot annis perpetuatam denique castis moribus expugnamus. Sat datum est impio furori. In viâ se objicit divinus Infans. Si bellus non minus sapimus, coelestem parvulum verebimur, in posterum vitam astuti castiorem.

Rex Macedo Alexander filiolum Darii viro jam patre in brachia sublatum collo suo admovit. At puer hisp. f. 1. nihil conspicuum tum primum, à se visi conterrit, non cervicem ejus avidè manibus est complexus. Motus Rex tam amabilis constantiæ pueri, & Hephaestionem suum intuitus, quā vellem, inquit, Darius aliiquid ex hac indole hausisset. Coelestis Pusio o. Bethlehemi Chaldaea, cuius delicie sunt esse cum filiis hominum, non puerorum horris, & fissurorum etiam servulorum complexus; hos ultero strictis invadit brachiolis, & provocat ad amandum. Quin ergo pro se quisque dixerit: quā velim aliiquid divinā indole hac haurium! Amo te, ô amor meus, ô dulcedo, ô vita mea! In amantisimos complexus tuos me totum infundo. Cœlum & terra, & que cœlo terraque continentur, omnia non cessant mihi dicere, ut amem te. Da mihi te, ô mihi amantissime! E s v., meus a tuo pendet spiritu. Te enim amo, & validius amare cœpio. Bonum mihi longè mihi optimum est, tibi uni adhædere. Hoc enim Icio, quia numquain non male mihi est in meipso extra te. Omnis copia quæ Deus meus non est, egostas mihi est.

Apologum narrans Aelianus: Sachoræ Babyloniæ, inquit, prædixerunt Chaldaei, nasciturum Regem, & filiâ nepotem, qui regnum esset ademptum avo. Rex concepto metu filiam arcetè jussit custodiri. Sed laxata subinde custodiâ demum peperit filia. Custodes Regis iram veriti natum infantem ex arce precipitârunt. Fortè autem prætervolans Aquila, avis acutissimi visus, illie lapsum cadentis subiens, infantem exceptit dorso, & in hortum, non adeò remotum deportans, leniter deposituit. Hunc horti dominus inventum, præsigni formâ pueri delestat in filium educavit & appellavit Tilgamum. Is postea in Babylonios regnum occupavit. Mutato nomine de te fabula cantatur tyrannorum scelestissime Herodes. Infantem Bethlehemi natum sceptro tuo infidiarum stultissime verebaris. Regna daturus venit hic Infans, non erexitur. Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni ejus non erit finis, & regnum ipsius omnibus dominabitur. Hunc puerum quem gladio tuo destinasti, non aquila, sed expedita in Ægyptum fuga subducet. Tu puerorum Ianio atrocissimus hunc unum non laedes, quem unum macello tuo promittebas. Non est præceptum, sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Domum.

Fre-

Fremat & veluti laesus leo rugiat seviāque Herodes; non refert: caelestem puerum cantantes Angeli defendunt, qui pro sui Principis salute excubant. In Trimac-
tione viri opulent domo, familia tota cantillare docta convivium omne cantibus permulcebat. Postenti portionem paratisimus puer cantando poculum præbēbat: quicquid domesticorum aliquid rogatus erat, ut daret, non sine cantico dare solebat. Nacentे Christi cœlum omne latē canticos exponebat, *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis*. Nihil ad hoc melos cantantium avicularum musica, quam prisci Persarum Reges in deliciis habebant. Cū enim Rex in publico se conspici passus, thuribula argentea ministri kerebant totumque iter, per quod ferri destinatā, odoribus complebant. Aureā leēticā margaritis circumpendentibus recubabat. Distincta erant purpura & auro carbasa quibus inducebatur. Leēticam sequer-
bantur armati corporique custodes. Inter quos à ramis pendebant aves, quas cantu feris rebus obstreperē docebant. Ipsa regia columnis fulciebat auratis, quas to-
tas vici auro cælata percurrebat, aviūmque, quarum visu maximē gaudent, argentea effigies distinguebant. Sirenum hanc luxum, si & nostrum cum Regis nostri stipulis & pannis conferamus, illud Zachariae & Mat-
thæi pronuntiabimus: *Ecce Rex tuus venit tibi iustus & Sal-
vator: ipse pauper & ascendens super asinum, & super pullum filium aſna*. Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, omni pom-
pā & deliciis damnatis, & tu in omnem luxum effusus
hoc unum operosè agis, ut submissa paupertatem,
quam Rex tuus unice amavit, foribus tuis longissime
arcas? Sed cogita, quod Augustinus moneret, *quales nos
fatuus est de divitiis suis, quos divites fecit de paupertate sua*. Quia ergo Pater cognovit figmentum nostrum, quod
fecum lumen, & ad tempus florere possumus, misericordia
Verbum suum, & Verbum suum quod manu in
æternum, scio, quod non manet in æternum, fratrem
fecit. Naturā unigenitum, unicum natum de substantiā
sua, fratrem adoptatis tot fratribus fecit. Noli mirari,
quia particeps eris æternitatis illius, factus est ipse prior
particeps feni tui. Quod excelsum est à te, tibi non de-
negabit, qui quod humile erat ex te, suscepit.

Dicit jam nobis pauperiste, caput nostrum: pauper
voluntate, loquatur pauperibus in necessitate, ne forte
ipſe sit, & melius ipſe agnoscat, & pelicanus in soli-
tudine, & nycticorax in parietinis, & passer singularis
in teſto. Christus ergo pelicanus nascendo, nycticorax
mortendo, passer resurgendo. Hic in solitude (in
stabulo) velut solus: ibi in parietinis velut occisus ab
eis qui stare non potuerunt in aedificio: demum vigi-
lans & volans singularis in teſto, illic interpellat pro
nobis. Sed Augustinum de ipso Christi nati letissimo
die non sine singulari gaudio loquentem audiamus.

S. XIX.

AVGVSTINVS.

*L*ætetur ergo omne mundi hujus exilium, exultet
sæculum paulò ante captivum. Misit Deus Filium
suum, qui naturam terreat, moriatur & vincat. Terruit
namque Herodem natus, vicit diabolum innocens
cruſifixus. Cela Domine sub pelle carnis aratum virtutis,
habitum majestatis paulisper occulta. Dege in utero
Virginis, egressere & congregere ex tentorio facte Vir-
ginis. Aptæ pro me muscipulam, ubi totam liberas crea-
turam. Gaudeamus ergo, fratres, in commercio Dei &
dominis, sponsi & sponsæ, Christi & Ecclesie, Salvato-
ris & Virginis, quæ dum despontaret fabro, cadi nu-
pli archieſto. Veneremur Christum in præſepi, qui
quadriparium mundum replevit in fide. Adoremus pan-
nos infantiae, ex quibus facta sunt emplastra naturæ.
Honorate pastores, qui primi mysterium ab Angelis di-

Tom. II.

A dicerunt. Plaudamus cuncti cum caelestibus Angelis of-
ficiisque divinis, & terræ pacem bone voluntatis homi-
nibus nuntiemus. Date gloriam in excelsis Deo, re-
dempti credite datam pacem esse captivis. Estote ho-
mines bona voluntatis, ut mereamini præmium liber-
tatis.

S. XX.
AVCTOR.

Tamerlanus ille orbis terror *Egyptum jam depo-* Ioannes He-
pulatus, Damascum rursus obſidione altera cinxit, roldus lib. 6.
& in tertium uulpe menſem acerimē oppugnavit, ac Belli ſaci-
deum deficiente ammonā in ſua potestate rededit. continuati.

Quam cū viētor ingredetur, Mahometi Pontifi- Adricho-
cem una cum ſacrificiis obvium ſibi que ſupplicem in mius in
Theatro ter-
templum abire jufſit. Eodem mox ingens numerus ci- re ſonae,
vium trīginta milia hominum velut in aſylum conſu- n. 40. de tri-
gerunt. Tamerlanes obſerato jam templo Arcum cit- bu Manaf-
ca maximam lignorum ſtruem componi, accendi, ſes, mihi
& omnes templo clauſos concrēnati jufſit, urbem
deinde funditus erexit, & ſolo aquavit. Capti urbis
poſt ſe trophæum reliquit tres ē cælorum calvarii. Ur-
res non ſine ingenio ereatas.

Ab hac tyrannde Diocletianus non multum abluſit. Nicephor.
Nam ipsa Nascentis Christi ſacratiſſimā nocte, quod lib. 7. hiſt.
Nicephorus narrat, in templo Nicomedia ſupra virgin- Ecclesi. c. 6.
miſta Christianorum convererunt, Dominico Na- mini p. 182.
tali ex more celebrondo. Hic Diocletianus Imperator Baronii
ram frequentem populi Christiani coitionem, pracla- Martyrolog.
ram ſibi occidem ratus, templi fore obſerari, & cir-
cum circa toto ambitu ignem ſtruī, ſed & una grandi
praconis voce proclamari jufſit: Quisquis una cum
templo conflagrare nollet, foras prodire, & ad proximam
aram ahius Jovi adoleret. Qui hoc facere in animum induceret, nec unicus quidem ē viginti millibus

fuit. Unus omnium loco in hunc modum respondit: Inac. Gaulſ-
Omnis Christiani ſanguinis ſuſlus, ChMſtum JESVM, rius ad ann.
verum Deum, Regem noſtrum liberè profitemur, illi 600. mibi
uni ſacrificamus, paratiſſimi nos ipſos huic Domino in pag. 493.
victimam offerre. Dixit, & continuo nimili quantum
*invaleſcens ignis, omnes una cum templo consum-
piſit. Ita eo die tot milia hominum cælo nata ſunt, quo*
*Dei Filius in terra nasci dignatus eſt. Transierunt iſti fe-
liciſſimi per ignem, in refrigerium educti duce infante.*

Hoc ipſo Nascentis Christi anniversario die Can- Euge-
tuaricensis Episcopus Augustinus à Gregorio Magno in Roforveyd. in
Angliam miſſus, ſupra decem milia hominum ſacto in viſi Pa-
fonte luſtravit. trum, lib. 1.
michi p. 348.

Eugenius virginis & martyris aquis & ignibus jam de- Zacharias
victis Dominus JESUS in carcere ſe confiſciuum dedit, Lippeloo die
& per aliquot dies jejunia panem nivei candoris & inu-
ſitata ſuavitatis porrexit cum dicto: Sume cibum, Euge-
nia, calo te recipiam, eo die quā natus ſum in terra. Ita ipſo

*D*omini die natali miſſus ſpiculator ferro virginem truci-
cidavit, & ad calum, prout ſponsus promitterat, tran-
ſiuit. Nimirus dies Nascentis Chrifti, dies boni nuntii
eſt, ut ſuprā demonstratum, quo natus Rex liberaliſſi-
muſ in nos munificenſiſſiſiſque fuit. Priori addo.

Christiana virgo cernens paratas ſibi in tormentum
cunas ferreas & illas quidem candentes arque ignitas,
cruciatuſ ſuos generoſo joco excipiens: In cunis, inquit,
infantula, in cunis adulta. Deus olim in monte flam-
meo inter ignes cum Moysē loquebatur. Jam hic ipſe
Deus plorat in stabulo, pæne aqua & igni interdictus à
mundo.

Huic Martyres ſeptenos ad ignem ſubjungo. Anno Zacharias
ſalutis reparata quadringentefimo octogefimo quarto Lippeloo die
Hunericus ab impietate notiffiſſimus rex Carthaginæ Li-
beratum ſexque alijs illius ſocios athletas Christians 17. Auguſtis.
ē carcere catenis oneratos educi jufſit, in navigio ignibus

Ee parato

Appendix Partis I.

326

*Lxx. cap. 2.
2. 14.*

*Bern. ser. 1.
de Epiph.
niā Domini.*

*Tacitus lib.
24. Annal.
mīhiq. 340.*

*Auguft. in
Psal. 35. mi-
hiq. 385.*

*Ecclef. 6. 10.
v. 16.*

*Isa. cap. 9.
v. 6.*

*De hoc Ba-
ron. iom. 2.
Annal. Ec-
cles. an. 137.
num. 5. 6. 7.*

*Isa. cap. 19.
v. 1.*

*Tres Israē-
lis servato-
res: Moys,
Cyrus, &
Christus.*

*a Vide totam
de hac con-
sideratione la-
tobi aware-
xi in tria
capita Apo-
calypses.*

*b Herodias
in eo,*

pag. 4.

*c Genua fe-
natoria ve-
fisi.*

d Matt. cap.

31. v. 28.

*Varro lib. 2.
dere Rusticā
cap. 10.*

*Ioan. à
Linschoten
Narrat. Ind.
cap. 39.*

parato concremando. Iabant generosi pugiles tamquam non ad pugnam, sed ad triumphos evocati: ibant, & per omnes quas transibant vias, latissimum illud junctis vocibus cantabant: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis.* Demum non flammis suarum virium oblitis, sed remis trucidati in victimas Deo ceciderunt.

*Quām verē dixit de Chritō nate Bernardus: Quām minorem se fecit in humanitate, tantò magorem se exhibuit in bonitate. Nostrā se carne texit, ut diabolo ad invadendum se animos augeret. Ita Nero Christianos, ut avidius lacerarentur a canibus, ferarum feruntur insui. Tacitus testat. Peruenitibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canem interirent; aut crucibus affixi, aut flammandi: atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Hortos suos spectaculo Nerto obtulerat. Nimurū viridi venator veste virescit, ut familiarem colorē minus horreant fera: sole ipsum oculis fixis, non aspicimus nisi nube rectum. Sol Christus ut humoris oculis posset aspici humanitatis nube voluit velari. Eā de te Hippomensis Theologus hominem affatus: *Pulchrum est, inquit, calum, sed pulchrior fabricator cali.* Sed video calum, & illum non video. Oculos enim habes ad vindictam fabricatorem cali. Ideo venit de calo in terrā, misundet cor, quo videatur qui fecit calum & terram. Tu planè cum patientiā salutem exspecta.*

Clamas Ecclesiastes. Vt tibi terra, cuius Rex puer est. Nos Christo nato verimus, & canamus: Bene tibi terra, bene tibi calum, bene nobis omnibus, quorum puer iste rex est. Plaudamus, & gratulemur omnes, quia parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis; & factus est principatus super humerum ejus. Hic Princeps, iste Rex noster est, qui nascendo præcepit, moriendo patibulum suo corpore consecravit.

Nihil agis, Hadriane Imperator, qui ut paupertinum Regis nostri præsepe sepelires, atque etiā Christiana sacra locorum iniurias extingueres, Adonidis fanum eodem loci erexit. Nihil agis Hadriane. Hic Puer aque Rex noster, & Adonidem tuum & omnia inferorum monstrata præcipitur. Ecce Dominus, præcinit Isaías, ascendit super nubem levem, & ingredierit Aegyptum & commovebuntur simulacra à facie ejus, & cor Aegypti tabescet in medio ejus.

Tres Israēlis numerantur Servatores, sed heu nimium quam dispare, Moyles, Cyrus, Christus. Ille in flumen depositus, iste feris projectus, hic ante feras expotitus, & in viā publicā natus, ab omnibus adiri, salutari, aspici, contrectari facilissimus. Nos alias sēpe mores induimus fastu & tumore plenos. b Plautianus, vir ingeniī superciliosus tumidissimus, cuius apud Severum Imperatorem maxima fuit auditoria, in publicum progressus, latum clavum, censem, ceteraque imperatoria gestans, per anteambulonem oculos occurrentium averti jussit, a nemine passus se aspici. Puer Herodes, Rex noster molitissimos habet aditus, nec aditum tantum, sed & tangi sufficit ab omnibus. Isto ipse ultra ad se omnes invitauit, Venite, inquit, ad me omnes. In vīo principe virtus est nobilissima, adeundi facilitas, & benignitas audiendi. Quā de te insigniter Latini Pacati & Drepani Panegyricus Theodosio Augusto Roma dictus perorat.

Dicuntur mulieres Illyricanae partus esse facilissimi. Nam in Illyrico, Varrone teste, prægnantes sēpe cū pariendi tempus est, ab opere non longè abeunt, ibique infante tam facilis nixu pariunt, ut non peperisse putes, sed invenisse. Ita in Indiā Canarinorum feminæ sine omni obstetricium ope partum edunt sola. Nec enim ita pridem homo Europaeus, quod Indica navigatio me docet, per Canariæ villam ambulans, ob maximum sitis ardorem è proximā casā potum petuit. Hic sola mulier aliquia linteamina præcincta, in ligneā pelvi recentem à partu infantem abluebat, quem Indicæ sicū fo-

A hīs impositum humi locavit, & una rogavit peregrinum hominem, tantisper expectaret, dum ipsa fert aquam. Ita hæc puerpera doloris omnia & molestia à recenti partu secura hoc unum fatigebat, siti aliena grafcata. Apollonii Thyanæ mater, uti Philostratus narrat, in prato florido correpta somno, cygnorum circumstantiū delinita cantu, spirante Favonio, demum sopore jam diffluso sine obstetricis officio puerum terris fatigebat. Somnia, & fabulae. Virgo & mater divina non cygnis, sed cantibus Angelis cincta sine obstetrica ac lordibus, sine omni dolore ac molestia Servatorem orbis edidit: *Virginitas*, ut Bernardus loquitur primiceria, fine corruptione facunda, fine gravamine gravida, fine dolore puerpera. Sed & ascendit Bethlehem imminentem jam partu, portans preciosissimum illud depositum, portans onus leve, portans a quo portabatur. Si & in partu novā exultatione novā edidit problem solū inter mulieres, à communis malicio & dolore parturientium aliena.

Aristonymus priscus Comicus, Suidā teste, de sole algente fabulam scripsit. Quām verē sol noster Bethlehem alisti in stabulo! quod Bernardus egregie prosecutus, Porro ibi, ait, agnoscitur longitudo brevis, latitudo angula, altitudo subdita, profunditas plana. Ibi agnoscitur lux non lucis, Verbum infans, aqua sitiens, panis esurians. Videat, attendat, potentiam regi, sapientiam instrui, virtutem sustentari. Deum denique lactantem, sed Angelos residentem: vagientur, sed miseros consolantur. Videat, si attendat, tristari letitiam, pavere fiduciam, salutem pati, vitam mori, fortitudinem inferari. Sed quod non minus mirandum est, ipsa ibi cernitur tristitia letificans pavor confortans, passio salvans, mors vivificans, infirmitas roboran.

§. XXI.

AVGVSTINVS.

LAudem Domini loquetur os meum; Ejus Domini per quem facta sunt omnia, & qui factus est inter omnia. Qui Et Patri revelator, Matris creator, Filius Dei de Patre sine matre, Filius hominis de matre sine patre. Magnus dies Angelorum, parvus in die hominum. Verbum Dei ante omnia tempora, Verbum caro opportuno tempore. Conditor solis, conditus sub sole. Cuncta secula ordinans de summo Patre, hodiernum diem confecrancs de utero matris. Ibi manens, hinc procedens. Effectus cœli & terræ, sub cœlo exertus in terrâ. Ineffabiliter sapiens, sapienter infans. Mundum imprens, in præcepto jacens. Sidera regens, ubera lambens. Ita magnus in formâ Dei, brevis in formâ servi; ut nec ista brevitate magnitudo illa minueretur, nec illa magnitudo ista brevitas premeretur. Neque enim quando membra humana suscepit, opera divina deseruit, nec attingerat à fine ulque ad finem fortiter & disponens omnia suaviter destitit. Quando infirmitate carnis indutus, virginalis utero receptus est, non inclusus, ut nec Angelis subtraheretur sapientiae cibus, & nos gutturis, quisquam suavis est Dominus. Proinde quia Virgo concepit & peperit filium, propter manifestam servitatem, puer natus est nobis. Quia verē Dei Verbum quod manet in æternum, caro factum est, ut habitat in nobis, propter Dei formam latentem, sed manente, sicut nuntiavit Gabrielem: Vocamus nomen eius Emmanuel. Factus est enim homo, permanens Deus, ut & Filius hominis rectè vocetur, Nobiscum Deus: Non alter Deus, non alter homo. Exultet in credentibus mundus, quibus salvandis venit per quem factus est mundus. Conditor Mariæ, natus ex Mariâ, filius David, Dominus David, semen Abrahæ, qui est ante Abraham. Factor terra factus in terrâ. Creator cœli creatus sub cœlo. Ipse est dies quem fecit Dominus, & dies cordis nostri ipse est Domini. Ambulemus in lumine ejus, exultemus & jucundemur in eo.

§. XXII. AV.

Appendix Partis I.

327

S. XXII. AVCTOR.

Iter fecerat per Brabantiam vir religiosus: Dum autem solus præmisso in hospitium famulo viam conficit, puerulum, ut putabat, triennem frontis liberalissime in nivibus herescentem & flentem invenit. Motus homo adeo indigna forte tam teneri pueri, equo descendit, & quæsitus, quid illuc ageret solus, à quo nam eò delatus? Cui puer haud aliter quam solis lacrymis respondit. Viator iterum, Matremine, inquit, habes aut patrem? quâ denique fortunâ huc deuenisti? Ad ea puer altius illacrymans, Heu me, ait, qui non plorem? Solus, egenus, deserrus ab omnibus inter altas nives hæreo, nec est qui vel rogatus hospitium præbeat. Peregrinator puerum complexus, ascensum cum illo moliebatur in equum. Sed puer è viri brachiis evanuit. Hic viri lamenta, lector, cogita. Ajunt cù nocte totâ inter geminus & lacrymas hoc unum idemtatem ingeminasse: Heu, puer mihi amantissime, cur me deseruisti, cur ego te tam citò perdi?

Huic geminum Ruffinus Aquileiensis memorans: Zenon Abbas, inquit, cùm in Scithi habitatet, nocte quādam ingressus iter errare copit. Tribus diebus totidēm mitis que noctibus per amplissimam erenum luc illuc via ignarus incerto pede ferebatur. Ita denum extrema fatigatio semianimis concidit. Rebus omnibus despetatis puerulus manu panem gestans adstitit, & jacenti dixit: Surge, comede. At Zenon spectrum arbitratus, in preces sele erexit. Cui puer, Reclite agis orando, inquit, sed jam surge & comedere. At ille secundum ac tertium orans, denique surrexit & comedit. Seni jam refocillato puer iterum. Quād, inquit, à tuo rugioru longi abili, tantò amplius errasti; sed nunc me sequere. Mox ad suam se cellulam consiliter advertens Zenon, puerum humanissimè invitauit ad ingressum, & veluti frequentem duceret, ivit p̄. At puer subito disparuit. Erquisnam iste puer est, qui peregrinantur errores corrigit, qui surientium famem reficit, qui hospitium rogar, & non impetrat? quis iste puer est, nisi ille ipse, cui na scitur non erat locus in diversorio.

Fuit è p̄scis Anchoretis, qui, Evagrio teste, èd paupertatis est redactus, ut nec panem nec pecuniam, nec aliam suppelæctilem ullam, quam solum habetet Evangelium. Ut tamen esset quod in pauperes erogaret, ipse omnium pauperissimus, ipsum quoque vendidit Evangelium. Ne tamen id temere fecisse confiteretur, illud memoriam dignum in cauſam adferens. Ipsum etiam, inquit, verbum vendidi, quod jubet: Vende omnia & da pauperibus. Revera Verbum aeternum vendidit seipsum, ut esset lymrum quo homines à Lucifero captivi redimerentur.

Theodoreus Asterius juvenis nobilissimus, sed molliter educatus, quod Theodoreus narrat, Julianum Sabam virum sanctissimum magnis precibus rogabat, dux sibi esset per longiorem illam solitudinem, quam lustrare cuperet. Monuit Julianus, viam esse admodum longam, & raram in eā aquam, vereri se si viator infaustus in itinere succumbat. Sed vietus repetit precibus senex ducem se præbuit. Uno alteroque, sed & tertio die feliciter progressus Asterius, denum agè sequi, lastescere, hærente, astuare, continuâ siti arescere, denique desicere, & senem obsecrare sui vellet misereri. Cui senex, Hec, inquit, prædicebam. Sed revertere dum licet. Ad ea Asterius. Nec solus viam scio, inquit, nec si sciam, viribus consumptis progreedi possum; extinguor siti. Misertus sui comitis homo divinus, & in genua procumbens, atque in preces effusus, calidis lacrymis rigavit solum. Adfuit oranti Deus, qui voluntatem timentum se facit, & deprecationem eorum exaudit. Precantis lacrymat eo ipso loco scaturiginem fontis dederunt. Fons autem, inquit Theodoreus, Tom. II.

A doretus, mansit usque in hodiernum diem.

Quid est, ô mihi amantissime Jesu Christi, celestis parvule, quod servi tui scaturire fontes sapientis precatione ac lacrymis jusserunt, & tu tibi ipse decessum omnium bonorum? Cur non ad tuas potius lacrymas extemporalis fons erupit? Nimur hora tua nondum venerat, & in praesepi non virum Thaumaturgum, sed infans pannus ligatum agere volebas, qui de famulis tuis in cenaculo iam vicinus morti predicebas: Amen, amen dico vobis, Ioan. cap. 14, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & majo-^{v. 12.} ri horum faciet.

Sed illud ipsum Christi Nascentis antrum nobilissima Hieron. in ma illa Romana vidua Paula precibus & lacrymis frequenter testatur Hieronymus. Inde, inquit, ^{v. 2. apud} Bethlehemi ingressa, & in specu Salvatoris introiens, pag. 404. & postquam vidit lacrum Virginis divisorium & stabulum, in quo agnoscit bos possessorum suum, & asinus praefec-^{1/a. cap. 1.} pe Domini sui, ut illud impleretur, quod in codem pro-^{v. 3.}phetâ scriptum est: Beatus qui feminat super aquas, ubi bos & asinus calcant: me audienter jurabat, cernere fe-^{1/a. cap. 2.} oculis fidei infantem pannis involutum, vagiente in praesepi Dominum, Magos adorantes, stellam fulgentem desuper, matrem Virginem, nutricium sedulum, pastores nocte venientes, ut viderent Verbum quod factum erat, & jam tunc Evangelista Joannis principium dedicarent: In principio erat Verbum, & Verbum caro factum ^{Ioan. cap. 1.} est: parvulos interfecitos, Herodem levientem, Joseph ^{v. 1. & 14.} & Mariam fugientes in Egyptum: mixtisque gaudio lacrymis loquebatur: Salve Bethlehem, dominus panis, in quā natus est ille panis, qui de cælo descendit. Et ego misera arce peccatrix, digna sum judicata deoculari præsepe, in quo Dominus parvulus vagit? Stare in spe-^{v. 20.}luncâ, in qua Virgo puerpera Dominum fudit infan-tem? Hæc requies mea, quia Domini patria est: hic ha-bitabo, quoniam Salvator elegit eam. Paravi lucernam Christo meo. Anima mea illi vivet, & semen meum ser-vies illi.

Dies sanctificatus est Domino Deo nostro, inquit Esdras, 2. Esdras cap. 8. v. 9. & 10. nolite lugere, & nolite flere. Ite, comedite pinguia, & bibite mul-sam, & mittite partes his qui non preparaverunt, quia sanctus dies Domini est, & nolite contristari. Gaudium etenim Domini est fortitudo nostra. Videri possit minutus quod addo, ali-^{v. 1.}quid tamen admirationis habet, quia prorsus insolitum. Anno millesimo sexcentesimo undecimo, hoc ipso natali die Domini sanctæ avicula in templum divi Sebastiani, Ebersbergæ, convolavit (quod ipse meis oculis spectavi) & organum oppidum est Bavariae. sublimè insidens natalitiis odis pro viribus accinuit. Manit ea in hoc templo ad primam Quadragesimam Dominicam, qua sacrifici Evangelii, Christi à diabolo tentati memoriam reficit. Sed hoc ipso die in idem templum accipiter & falco, nescio quo errore ab accipio vicino fugitiu subvolarunt, & aviculam misellam devorarunt in predam. I. cœat dicere: non aliâ cœge natus est Christus (quem super cigelo debili avicula contulit) quam ut morti præda heret, à morte dilacerandus in cruce. Sed teter hic falco reddidit quam glaucum.

Rege Lacedæmonum Polydece mortuo, vidua posthumo fœti gravida nuntiavit defuncti conjugis fratri Lycurgu: Ut fecerit regnum absque competitoro occuperat, suam à se prolem in utero necandam veneno. Lycurgus consilium sibi non displicere simulans, ne tamen ipsa sibi noceret, sicuti quoque juber parci, rationes non defuturas ad jam editam prolem extinguendam. Dicit illa fidem habuit, & cum egregiū masculum peperisset, Lycurgus eum in fenatum deferens, En, inquit, hic uester legitimus rex est, Lacedæmonii, non ego. Et una cum dicto exrex purpurā quam induitū gerebat, puellum involvit. Joannes Baptista Christo fidelissimus, Ioan. cap. 1. de Christo aperte, Medius, inquit, vestrum stetit, quem vos v. 26. * Schulim-nesciis: imd medi illorum jacuit, quem nescierunt. gius tom. 5. antiquit. Ec-^{4.}

Alexandria cum audisset populus pro concione di-

Ecc 2

c: Pepe-
clesias, c. 4.